

Rector Universitatis Rostochiensis Joannes Fechtius, SS. Th. D. ... Ad Memoriam ... Davidis Johannis Schwarzkopffii, Wismariensis, U.I. Candidati Dignissimi, In Illius Funere, a Moestissimis Parentibus Wismariae Hodie Parando, Recolendam Omnes Academia cives decenter invitat : [Scr. Rostochii. d.XII. Octobr. MDCLXXXI. Sub sigillo Rectoratus]

Rostochii: Weplingius, 1691

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77478279X>


Druck Freier  Zugang




F e c h t, J.,
in
D. J. S c h w a r z k o p f.

R o s t o c k, 1691.

59





RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOANNES FECHTIUS,
SS. TH. D. EJUSQUE PROF. P. CONSISTORII
DUCAL. ADSESSOR ET DISTRICT. ROSTO-
CHIENS. SUPERINTENDENS,
AD MEMORIAM

NOBILISSIMI CLARISSIMIQUE VIRI,
DOMINI
DAVIDIS JOHANNIS
SCHWARZKOPFII.



WISMARIENSIS,
U. J. CANDIDATI DIGNISSIMI,
IN ILLIUS FUNERE,
Mœstissimis Parentibus
WISMARIÆ HODIE PARANDO,
RECOLENDAM

Omnes Academia cives decenter invitat.



ROSTOCHII, Typis JOH. WERPLINGII,
Univ. Typogr. Anno 1691.



Vamquam in univer-

sa hominis vitâ nihil sit, quod usq;
quaq; perfectum consummatumq; dici
queat, cum ejusdem & brevitatem &
fragilitatem & miseriam & incon-
stantiam omnes, docti indoctique,
passim accusemus, quodam tamen
sacrorum pariter profanorumque
scriptorum consensu perfectam
quandam plenamque hominis æta-
tem, ad reliquum nempe, quod a-
git, vitæ tempus collatam, celebrari videmus. Nam sanctis-
simus Servatoris nostri Apostolus, Paulus, in eâ, quam exara-
vit ad Ephesios, Epistolâ, *αὐθρὸς τελείας* meminit, *εἰς μέτρον ἡλι-
κίας τῆ ἀληθείας* τῆ *χρῆσῆ*, id est, ut ego interpretor, *virî
perfecti, ad mensuram ætatis Christi perfectæ adolescentiæ*. Quam-
vis enim *Hugo Grotius*, magnum in omni literaturâ nomen,
ἡλικίαν per *staturam* potius, quâ in re *Theodorus Beza* ipsum præ-
cessit, exponere maluerit, ratio tamen nulla est, cur à consue-
râ ejus vocis significatione, quâ ubique locorum *ætatem* homi-
nis notat, ad inusitatam & singularem, in quâ vix semel ite-
rumq; occurrit, recedamus. Cum imprimis apud Græcos eti-
am extra scripturam auctores, notante in *Lexico Roberto Con-
stantino*, *τελείας αἰῆς, vir perfectus*, non qui staturâ est usq;
quaq; integrâ, sed qui firmatâ est ætate, dicatur, & opposita
versu confestim sequente ἢ *νηπιότης* seu *infantia*, de annorum
potius quam corporis robore loqui Apostolum manifestè desi-
gnet. Jam apud *Philonem*, vel quisquis est auctor ejus libri,
qui *Sapientia* titulum præfert, interque apocryphos Veteris Te-
stamenti recensetur, de eo, qui maturo virtutum exercitio a-
nimam suam Deo gratam acceptamq; reddidit, pronunciat, quod
perfectam assecutus sit ætatem. *Τελειωθεὶς ἐν ὀλίγῳ
ἐπλήρωσεν χρόνον μακρὸν*. Nec enim vim horum ver-
borum rectè assecutus est *Franc. Variablis*, quum reddidit: *ε-*
xiguo

xiguo perfunctus spatio vita longa tempora explevit. Cum ex antecedente de præmaturâ justorum morte philosophiâ, quâ brevem eorum vitam honoratam senectutem appellaverat, addito exactæ sapientiæ apophthegmate: *canities hominibus prudentia est & ætas senectutis vita nulla labe maculata*, nihil aliud quam hoc asserere Philonem voluisse planum sit: brevi temporis spatio ad eam ætatis perfectionem per virtutes suas justum devenisse, quâ alii, qui longos expleverunt annos, non nisi temporis diuturnitate potuerint potiri. Apud profanos deniq; scriptores in enarrandis humanæ vitæ ætatibus & *ῥαῖς ἀλγήτων*, plenam, perfectamq; ætatem, ceu de Persis tradit Herodotus, & spatium plena vitæ, quod apud Censorinum legitur, occurrere, plurimorum testimoniis Ludov. Celius Rhodiginus & Alexander ab Alexandro ita dilucidè comprobarunt, ut dubium superesse amplius nullum possit. Veruntamen quâ potissimum re perfectam hominis ætatem æstimari par sit, nunc dispiciamus. Annorum equidem numerum in perfectionis istius partes vel maximè accedere, quasi naturale est, cum vivendo ætas absolvatur & vita consummetur dierum incrementis & longo annorum tractu. Quare sedulò indagatum à sapientibus est, ad quos ultimos annorum fines contenderit hominum vitæ? Lucianus Samosatensis, dum somnio, ut ait, admonitus, catalogum τῶν μακροβίων Quintillo cuidam componit, primò totas hominum nationes ac genera, quæ diutissimè vixerint, mox transitu ad singulos factò Reges primum ac Principes, deinceps & Philosophos & Historicos & Oratores & Poëtas & Grammaticos, qui quam maximè longævum esse perhibentur, enumerat, simulq; temperantiam, sanitatis conservatricem & longæ senectutis autorem esse breviter ostendit. Cajus quoq; Plinius in spatia hominum longissima inquirens, nonnullos vitam ad DC. aut DCCC. annos non tam produxisse, quam produxisse inscitiam temporum dici, non immeritò monet, (quæ Græcorum fabulæ ex antediluvianorum longævitate citra dubium dimanarunt) dum tamen confessa enarrat, Arganthonium Gaditanum octoginta annis regnasse, quadragesimo coepisse, Samulam centum &

decem annis vixisse, in Tmoli montis cacumine, quod vocant
Tempin, homines CL. annis vivere, Mutianum auctorem esse,
coeterorum aetatem ad nonaginta vel centum annos, neque
facile supra, ascendisse tradit. Ad quod fastigium & hodie
nonnunquam perveniri experientia edocemur, mihi que quasi
natura quoddam miraculum versatur ob oculos, nunquam in-
fermorum gloria Machaon, MELCHIOR SEBIZIUS, Archi-
ater Argentoratensis, qui complevit annos nonaginta quinque,
menses sex, totidemque dies, viribus ad extremum usque vite
exitum, qui ei XXV. Jan. MDCLXXIV. obtigit, incorruptis, a-
deo ut nec per spicillo unquam fuerit usus, solo auditu officium
suum parumper denegante, quem defectum organo quodam,
ad aures admoto, cum pro cathedra illa aetate disputaret, per-
stravit. Quem pulcherrimo carmine ULRICUS OBRECHTUS
profecutus est, quod adscribere non pigror.

*Siste semideis, praeclis que heroibus aequem,
Admirando senex, non me suffragia docti
Destituant, plaususque chori, nec tota vetustas
Audeat, exemplis quoquam vivacibus usa,
Exemplo certare tuo. Quem Graecia mendax
Grande ut Apollinea specimen celebraret in arte,
Bis luci dedit, infernis his reddidit umbris,
Quid tamen is duplici se tibi compares, eva,
Fivendi nisi tyro fuit? qui sena senectus
Sunt aliis, mediae quid erant nisi terminus, anni,
Aetatisque juvenia tua? quam plurimum Cultra
Annorum erectum caputque incommoda cani
Robur & infracta firmo sub corpore vires
Ornabant, igitur meritis, non tempore & annis
Credebare senex, duri cum docta laboris
Arguerent plusquam vegetos monumenta, lacertos.
Vidi ego, qui vasta laudata volumina charta
Esse viri juraret opus, tua condidit illud*

Dextera

*Dextera, transactum jam sermè amalus ævo
 Natura superasse gradus & culmina nostra
 Depositus legerere senex, Cui meta laborum
 Tandem prospera, bis decimo contermina lustro,
 Non morbis subversa ruit, non aspera sensit
 Tela necis, placidâ verum inclinata quiete
 Transit æterna leta in primordia vite.*

Ut verò ejusmodi exempla extra consueti ordinis limites egrediuntur: ita finem vitæ legitimum, ut Censorinus loquitur, id est, perfectum ætatis culmen, septuagesimo octogesimoq; anno definiri ambigendum non est. Nami id disertè adseverat sacrarum literarum codex & ex sensu atque experientiâ quotidianâ docuerunt gentiles. Plato vitæ finem, à naturâ homini destinatum, annum octogesimum & primum esse existimavit & habuit. Hoc anno & Dionysius Heracleoticus, ait Censorinus, ut vitâ abiret, cibo abstinuit; Eratosthenes quoq; ille orbis terrarum mensor, & Xenocrates Platonicus, veteris Academiae princeps, ad eundem annum vixerunt. Ut adeò dubitandum non sit, perfectam plenamque ætatem, si temporis dierumque mensuram spectes, intra istam annorum humanæ vitæ periodum consistere. Enimverò quemadmodum, dicente Augustino, non est vivere vita, sed valere, neque qui diu vivit, quod & cornices faciunt, sed qui bene beatèque vivit, verè vivere, verèque valere dicendus est: ita annorum longævitas, si vivendi tantum moram durationemque spectes, parum addere ætati humanæ perfectionis videtur, nisi cætera, quæ vitam bonam beatamque faciunt, quæ solida demum perfectio est, accedant. Id adeò verum est, ut qui brevilicet annorum spatio, scientiarum virtutumque ornamentis, vitam suam non minus ac qui provecæ sunt ætatis, condecorant, prævertere dies putentur, perfectamque ætatem vel in ipsâ pueritiâ, nedum in juventute, attingere. Eâ de causa Paulus τέλειον ἀνδρᾶ, *virum perfectum*, in mensura, non annorum certè, sed virtutum, plenos perfectosque Christi annos representantem, appellavit, *Ut enim ille*, ait Origenes, *è puero evasit in virum & dum puerilia*

puerilia abolevit, perfectum viri statum fuit affectus: pari ratione aliquam etiam spiritualis aetatis mensuram esse putandum est, ad quam perfectissima anima Dominum magnificiendo pervenire & magna fieri potest. Auctor verò sapientiae, Divino codici insertae, virtutum perfectionem, exiguo tempore comparatam, æquare *ἡλικίας ἡλικίας*, longos annos, dicere non veretur. Et jure certè meritissimo. Intueamur Josephum, Jacobi Patriarchae filium. Qualis ille quantusque in juvenili aetate vir fuit? Quae in illo plurimarum maximarumque virtutum facinora & exempla? Admirandae nimirum mansuetudinis adversus livorem & nequitiam fratrum suorum, sinceræ integræque fidei & industriae & prudentiae in gubernandâ heri sui domo, nunquam obliviscendae omni aetate castitatis in repudiando incredibili animi pertinaciâ stupro, insuperabilis in perferendo carceris squalore patientiae, summæ in interpretandis abditis somniis sapientiae, denique in prospiciendo adversus famem remedio, regendoque universo Aegypti principatu, providentiae, cunctis humanis consiliis majoris. Quis hanc talem, tantisque splendentem decoribus, Josephi aetatem non perfectam prædicet, licet annorum numero carentem? Aut quis hoc nomine laudet vel Phalaridem, Agrigentinum tyrannum, vel Moscorum Joannem Basilidem, qui per totam aetatem nihil, quod præclarum esset, patrarunt, quique ad supremam capularemque senectutem saevitiae & immanitatis perpetuò cumularunt exempla. Neque desunt nostris temporibus, qui vel serio infucatae pietatis studio, vel optimarum quarumlibet rerum scientiâ aetatem suam præcurserunt. *Hugo Grotius* Martianum Felicem Capellam annum agens decimum quintum notis illustravit. *Claudius Salmastius* Nilum & Barlaamum de primatu Papæ anno aetatis decimo quarto recensuit. *Janus Douza* Catullum, Tibullum & Propertium, aetatem habens novendecim annorum, observationibus suis auctos, in lucem edidit. *Aldus Manutius* commentarium de orthographia anno aetatis decimo quarto, aliumque de notis veterum anno decimo nono scripsit. Pluresque in Notis ad Quintilianum recenset *Paulus Colomesius*. Nec omittenda nobis domestica sunt exempla. *David quippe Chy-*

1724,

travi, illud aeternum Academiae nostrae ornamentum, & hoc seculo Jo. Asselmannus, Theologus ingenio & eruditione inclyrus, uterque annos natus viginti & unum publico docendi muneri in hac Academia admotus, tantum in sacrae literaturae praestitit, quantum alii, qui totam aetatem in illiusmodi palaestra triverunt. Hieronymi quoque Ruverei, Patricii Taurinensis, carmina, a decenni scripta, digna, quae recuderentur, judicavit ante octennium Joachimus Hartliebicus. Horum, iisque similibus aetatem aetate plurimorum, qui in tenebris consenscunt, qui ignavo diffiunt otio, qui ante grandaevis sunt, quam quidquam dignum memoriae egerint, meliorem perfectioremque esse, mente captus sit, qui nec videat, nec agnoscat. Ut autem negari nequit, huic aetati nobilitatem perfectionemque quasi extra ordinem competere, cum non sine miraculo tantae nunquam eidem virtutes adherere videantur: ita aetatem, quae adolescentiam naturali ordine excipit, annumque vicessim quintum orditur, idoneae omnino causa sunt, cur perfectam plenamque ordinariam quapiam ratione salutemus. Eo enim tempore ex ephebis excedentes, quae vitia puerilem aetatem & adolescentiam inquinaverant, inconstantiam in affectibus, actionibusque coeteris, facilitatem seductionis, facultatum contemptum & prodigalitatem, elationem animi & inordinatam illicitarum rerum cupiditatem deponimus, id est, evadimus in viros. Non tum amplius mutabiles in horas sumus, aut cerei in vitium flecti, non ea, quae puerilia sunt, sapimus & alto supercilio spernimus recte monentes, sed honestae gloriae studiosi praclaris quibusvis rebus severo studio incumbimus. Quicquid superioribus annis diligentiam memoriaque comprehendimus, id iudicio & Δξιολογία velut excoquimus, reddimusque maturum. Tum lacerti valent robore & ingenium viribus, ut negotiis pares esse & imperterrito pectore honestissima quaelibet atque publice profutura aggredi valeamus & perficere. Non ignorarunt hanc illius aetatis perfectionem antiqui. Nam vetustissimi Persae, ut auctor est Xenophon, dum virilem aetatem ab anno vicesimo quinto incipiunt, quem qui habent, ἐξάρχουσι τὰς τελείας ἀνδρας, per-

φέλο-

fectorum virorum formam induunt, magistratibus hos destinant, iis præsertim in rebus, quæ & à prudentiâ prædictis & valentibus etiamnum geri debent. Quod adeò consentaneum rationi esse duxerunt Romani, ut & in suos transtulerint mores. Nam cum liberâ quidem rep. annus ætatis vicesimus septimus capiendi magistratus & sententiam dicendi in senatu dicatus esset, Augustus verò, testante in Epistolis *Plinio*, edicto minores magistratus gerere anno vicesimo secundo expleto permisisset, legibus postea Romanis, in *Digesta* relatis, ipse hic quintus & vicesimus annus pro iustâ plenâq; adeundi magistratus ætate nominatus, adhuc hodie habetur. Nec desunt magni nominis Jcti, qui hanc ætatem ad eum etiam, qui summo gaudet imperio, Romanorum Imperatorem, extendentes, gravibus mori rationibus, docere annisi sunt, eundem non nisi XXV. annis majorem posse vocari idoneum & è re imperii esse, ne ætate minor eligatur. Est hæc eadem illa ætas, quâ & summi in Academiis gradus solent conferri, quâq; nondum elapsâ dignitates istas jure ambiri non posse *Joannes Faber* disputat, quamquam vincente nonnunquam vel ingenio vel industriâ naturam, quidam maturescant, antequam alii floreat, nec vires quisq; suas sub potestate suâ habeat. Neq; à legibus civilibus, quippe naturali ratione nixis, dissentiant sacre. Nam in V. T. Levitæ post annum XXV. sacra officia adibant, quippe quo & judicio valere & robore ad portanda onera judicabantur. Quem morem in N. T. intuentes Ecclesiarum antistites pariter constituerunt, ne ante XXV. annum quisquam ordinaretur Diaconus, nedum admitteretur ad cæteras in Ecclesiâ functiones. Testes hujus rei sunt innumeris in Conciliis canones, à quibus non facile unquam recessum est, nisi exigente necessitate publica, non commoditate privatâ, & bonorum morum literarumq; abundantia annorum defectum supplente. Adeò ut cum in Romanâ Ecclesiâ pueris nonnunquam non Episcopales tantum, sed Papales conferrentur honores, *videre*, dicente *Claudio Espencæo*, *Ecclesiâ præ reverenda in Christo patribus irreverentes in Christum pueros*, liberrimo ore hoc cacoethes

ipſi in Papatu doctores perſtrinxerint. Eandem planè ob ratio-
nem veteri Eccleſiæ placuit, ne ante annum XXV. ætatis vota
inconfulto nec ſatis maturo iudicio, ſive à Monachis, ſive à Mo-
nialibus, niſi forte, ut canon ait, periclitante virginalis pud-
icitæ neceſſitate, emitterentur. De quo Romanæ Synodi, ſub
Sylveſtro I. celebratæ, verba afferam, quippe quæ rationem ſi-
mul huius conſilii complectuntur. *Nulla, ait, ſebem a monacho-
rum oportet peri, niſi poſt XXV. ætatis annos, ob ſcandala, ut tot
annis Diaboli jam evacuato ſervore inveniat ſibi mundum vas Spiritus
Sancti.* Quæ omnia ſingulaq; arguunt, totius quæſi mundi, inò ipſi-
us cœli iudicio, ætatè XXV. annorù pro plenâ perfectâq; ætate,
quâ valerent vires, quâ vigeret intellectus, quâ aptus homo eſſet
ad res quaslibet in quolibet vitæ humanæ ſtatu dextrè riteqve a-
gendas, habitam eſſe & quæſi publicâ ſententiâ proclamam..
Amiſimus in hoc ipſo ætatis ſimul & virtutum omnium flore,
CIVES, *Nobiliffimum, Clariffimum, Virum juvenem, Dominum*
DAVIDEM JOANNEM SCHWARTZKOPFIUM, Wiſ-
marienſem, U. J. Candidatum. Evaſerat ille inter bonorum
omnium plauſus lubricæ adoleſcentiæ illecebras, depoſuerat
annos ad bonarum actionum munerumq; in civili vita neceſſa-
riorum exercitiùm ineptos, adoleverat; inter ſecundas Paren-
tum omniumq; bonorum acclamationes in illam ætatis *æxulè*,
quâ jam vitæ cultum cum elegantia & copiâ ſectari, quâ conge-
ſtas incredibili ardore & diligentia optimarum ſcientiarum o-
pes in reip. ſinum profundere, quâ fructum metere virtutum
ſuarum & honeſtâ frui vitæ præclariffimè actæ gloriâ potuiſ-
ſet. Enimverò has tantas dotes, hæc tanta præmia una mortis
dies ſubitò interceptit, & Parentibus quidem, ampliffimorum
munerum dignitate celeberrimis, enixè lugendi, nobis laudan-
di tam eximia decora, gratulandiq; majorem, nunquam amplius
ullo interrumpendam caſu, perfectionem deſuncto præbuerunt.
Natus iſt eſt in hanc lucem Wiſmaria, d. XIIX. Aprilis, Anno
MDCLXVI. Parentem nactus Virum Magnificum, Nobiliſſi-
mum & Ampliſſimum, Dominum CASPARUM SWARZ-
KOPFIUM, Jctum, Sereniſſ. Duc. Meclenburg. Conſiliari-
um,

B

um,

um, Consulem Civitatis Wismariensis Seniore & Syndicum, nec non Regii Consistorii Assessorem; per maxima undiqvae merita summum. Matrem, præclarissimarum quarumvis virtutum matronam, ELISABETHAM CATHARINAM PUTSCHIAM. In quâ utraq; stirpe qui dignitatum tituli, quæ decora familiarum non à longo jam tempore enituerunt? Avum enim Paternum, JOACHIMUM SWARZKOPFIUM, Rostochium nostrum celebrat, quippe per viginti annos Amplissimi Senatus Assessorem & Camerarium. Aviam Paternam ANNAM BOEHMIAM. Proavum Paternum JOACHIMUM SWARZKOPFIUM, civem Wismariensem & Cerevisarium. Proaviam Paternam TILSAM SMEDESIAM, ex clarissimâ SMEDESIORUM Wismariensium familiâ prognatam. Atavum Paternum GEORGIUM SCHWARZKOPFIUM, Consulem Wismariensem, de urbe patriâ optimè meritum. Araviam Paternam, AGNETAM CLADAVIAM, CLADAVII pariter Consulis Filiam. Nec in Materno genere minora eluxere ornamenta. Quippe Avus Maternus EMANUEL PUZIUS fuit, U. J. Lic. Illustriss. Comitum Orientalis Frisîæ Consiliarius. Avia Materna CATHARINA SCHLUTERIA. Proavus Maternus JOANNES PUZIUS, Mercator in urbe Antverpiensi primarius. Proavia Materna ELISABETHA RUZIA, Valerii Filia. Atavus Maternus JOANNES PUZIUS, Civis & Mercator Antv. præcipuus. Atavia Materna CATHARINA GEVELDINGERIA, Nicolai Geveldingeri à Garz Filia. Pueritia & adolescentia beati cœlitis nostri in privatis primùm scholis maturè & diligenter imbuta literis ac optimarum artium studiis fuit. Ex quo publico Wismariæ Gymnasio redditus ita se Rectori cæterisque Præceptoribus probavit, ut paulo post concreditus fidei & dexteritati FRIDERICI WAGNERI, qui nunc è præcipuis Senatoribus Urbis, eiq; à consiliis est, hoc tam fideli, deq; SWARZKOPFII nostri salute summè sollicito doctore linguæ Latinæ Gallicæque usum & differendi dicendiqve vias, eamque


que Philosophiæ partem, quæ mores dirigit & de constituen-
dis, conservandisque rebus publicis docet, admirando successu
comprehenderet. Quamobrem iudicatus ad Academica studia
maturus, JACOBO LEMKENIO, consummatæ doctrinæ
æternæque famæ in Academiâ nostrâ Jure Consulto & nuper
ad Consularem dignitatem evecto, qui sororem ejus natu-
maximam in matrimonio habebat, commissus est. Quo incom-
parabili usus præceptore sic incredibili cupiditate discendi ar-
debat, sic summo & indefesso studio in omne veræ doctrinæ
genus, imprimis Juris civilis notitiam, non contemptis iis, quæ
corpus vel muniunt vel ornant, exercitiis incumbere, ut per
integrum quinquennium, partim in privatis scholis auscultans,
partim in auditorio publico, opponentis respondentisque per-
sonam frequenter sumens, semper conspiceretur. Relatum
mihi à Professorii ordinis viro est, sic eum vastas illas Pan-
dectarum leges, quas multi, qui doctorum titulum ambiunt,
nondum legerunt, ferreâ quadam industriâ & inusitato pro-
ficiendi desiderio trivisse & quasi devorasse, ut cum Justinia-
neis Institutionibus, singulorum argumentorum inde sibi illu-
strationem promittens, singulas auderet conferre. Id certe
quotidianis vigiliis laboribusque suis effecit, ut conscriptâ, de
Privilegio virginum & matronarum in Megapoli singulari, exactæ
eruditionis disputatione, ipsa parantia ad summum honorem
aditum examina subire jam in animo haberet. Nempe sic
cum votis nostris desideriusque comparatum est, ut quicquid
optemus precemurque; mortales, in ambiguo sit, sæpiusque aliò
cadat, quam animus noster & spes ferebat. Wismariam itaq;
agro cum corpore deportatus Noster, curæ excellentissimi
probatissimique Medici, D. GEORGII ARENSII, cui crescen-
te malo, accitus Lubecâ, celeberrimæ famæ archiater, D.
NICOLAUS HANNEKENIUS, accessit, concreditus est. Ni-
hil humanæ opis, nihil auxilii ei unquam defuit, quod vel in-
gens medicinæ ars, vel amantissimorum Parentum conferre stu-
dium posset. Quæ singula non alium habuerunt exitum, quam
qui his quidem lugendi mœrendique, mihi verò hanc ama-
rissimæ scriptionis necessitatem exprimeret. Ad Deum itaque

lagrantissimo pectoris affectu conversus, à religiosissimæ pietatis viro, HENRICO PLADECIO, Pastore Mariano & Regii Consistorii Assessore, Divinorum solationum delicias, venerabili sacramento confirmatas, avidissimè hausit. Donec die II. Octobris invocato Salvatoris optimi nomine, pretiosa è corpore evoleret anima, vitam posthac verè beatam, verè perfectam in angelorum consortio ductura. Moderate luctum restitutum, consternati præpopero hoc Filii obitu, PARENTES! Quod ille vixit, vitæ spatium, si cum animi virtutibus compareris, perexiguum, ipse in Deum pietate, veneratione in parentes, in cives comitate, optimarum deniq; artium ac disciplinarum complexu, longissimam perfectamq; fecit. Eduxistis Filium, æternum literarum studiosis exemplar futurum, cujus in audiendo patientiam, in legendo industriam, in judicando solertiam, in ornandâ amabilissimis moribus vitâ ardorem imitentur. Quæ est solidi vobis gaudii non mœroris materia. Vos vero, CIVES, dum hodie perfecti spiritus domicilium, nunc exanime corpus, conditorio suo publicis exequiis inferetur, piâ SCHWARZKOPFII vestri recordatione, quem amastis omnes, cujus supexistis virtutes, ad eandem gloriam, partamq; raro exemplo perfectionem, magno nisu contendite. Sic & vos quondam post mortem perfecti nominis complementum, perfecta innocentia, perfecta beatitudo manebit. Scr. Rostochii. d. XII. Octobr.

MDCLXXXI.


Sub sigillo Rectoratus,







travi, illud æternum Academia nostra orna
 seculo Jo. Affelmannus, Theologus ingenio & er
 uterque annos natus viginti & unum publico
 ri in hac Academia admotus, tantum in facti
 stiteret, quantum alii, qui totam ætatem in
 strâ triverunt. Hieronymi quoque Ruveri, Patri
 carmina, à decenni scripta, digna, quæ rec
 cavit ante octennium Joachimus Hartliebicus.
 similibus ætatem ætate plurimorum, qui in te
 scunt, qui ignavo diffiunt otio, qui ante grat
 quidquam dignum memoriâ egerint, meliores
 que esse, mente captus sit, qui nec videat, nec
 tem negari nequit, huic ætati nobilitatem perfec
 extra ordinem competere, cum non sine mira
 nunquam eidem virtutes adhaerere videantur.
 adolescentiam naturali ordine excipit, annu
 quintum orditur, idoneæ omninò causæ sunt
 plenamque ordinariâ quapiam ratione salutemus.
 pore ex ephebis excedentes, quæ vitia puerilem
 lescentiam inquinaverant, inconstantiam in as
 busque cæteris, facilitatem seductionis, facultatus
 & prodigalitatem, elationem animi & inordina
 rerum cupiditatem deponimus, id est, evadim
 tum amplius mutabiles in horas sumus, aut cer
 tti, non ea, quæ puerilia sunt, sapimus & alto
 nimus recte monentes, sed honestæ gloriæ stu
 quibusvis rebus severo studio incumbimus.
 rioribus annis diligentiam memoriâque compreh
 dicio & Δενοία velut excoquimus, reddimusque
 lacerti valent robore & ingenium viribus, un
 se & imperterrito pectore honestissima quælib
 profutura aggredi valeamus & perficere. Non ig
 illius ætatis perfectionem antiqui. Nam vetustissi
 stor est Xenophon, dum virilem ætatem ab anno v
 incipiunt, quem qui habent, ἐξέχουσι τὰς τὰς



hor
 tus,
 me-
 ra,
 ala-
 lis,
 di-
 que
 ne-
 am
 em-
 au-
 uasi
 on-
 quæ
 um
 am
 m-
 lo-
 ni-
 m
 um
 on
 le-
 er-
 ris
 de-
 u-
 m
 ef-
 cè
 ac
 u-
 to